



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. I. Vera sententia statuitur

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78232)

rationem imperfectam competit etiam bruto. Quibus A verbis S. Doctor utramque partem nostrae conclusionis & docuit & probavit: unde ulteriori probatione non indiget.

Sed quares, utrum voluntarium univocè vel solum analogicè dicatur de homine & de bruto? Respondeo univocè de utroque praedicari. Ratio est, quia bruta convenientiunt univocè & generice nobiscum in gradu & ratione cognoscitivi: Ergo etiam in ratione appetitivi, seu voluntarii. Consequens pater: quia appetitus sequitur cognitionem, & juxta modum cognitionis est modus voluntarii & appetitivi, ut ex D. Thoma jam vidimus: Ergo ubi ratio cognoscitivi est univoca, etiam ratio voluntarii seu appetitivi univoca erit. Antecedens vero probatur: Bruta & homo continent sub eodem genere & gradu animalis: Ergo & sub eodem gradu cognoscitivi. Consequens pater: nam animal, quod univocè se habet ad utrumque, est vivens sensibile: Ergo & vivens cognoscens; sentire enim cognoscere est: Ergo quo convenientiunt univocè in ratione generica animalis, convenientiunt univocè in ratione cognoscitivi.

Dices: Voluntarium dicitur à voluntate: Sed voluntas non reperiatur in brutis, nisi metaphorice, sicut filius in prato: Ergo nec ratio voluntaria.

Respondeo, voluntarium dici quidem à voluntate, ut ab eo a quo nomen imponitur, tanquam à principaliori in genere appetitus, non tamen significare solum actum ab illa elicitem, sed etiam actum elicitem ab appetitu sensitivo horum: quia aliud est id a quo nomen imponitur, & aliud id, ad quod significandum imponitur lapis enim, v.g. dicitur à laetando pedem, omne tamen quod laetit pedem non est lapis. Veleiam dici potest, quod voluntarium dicitur à voluntate, non specificè sumptu, pro voluntate rationali, sed à voluntate genericè sumptu, pro voluntate rationali & irrationali, & solum significat appetitum elicitem, ut regulatum coquitione & sic sumptum voluntarium dividitur in duas species, scilicet in voluntarium perfectum, quod in solo homine reperitur, & in voluntarium imperfectum, quod convenit etiam bonis, sicut etiam animal, seu vivens sensibile, in perfectum & imperfectum dividitur.

Ex dictis colliges, hanc definitionem voluntarii ab Almaino traditam: Voluntarium est actio vel omissionis, qua ita est in potestate agentis, ut positis omnibus requisitis, possit eam ponere vel non ponere, non esse legitimam; illa enim solum convenit actibus liberi; voluntarium autem latius & universius se habet quam liberum; nam convenit pueris, amenibus, & brutis, quibus tamen non convenit libertas, ut ex Aristotele docet Divus Thomas hic articulo secundo in argumento, sed contra item in beatissimorum, & fructu ultimo finis, sunt actus omnino necessarii, & tamen sunt perfectè voluntarii, ut patet ex di-

ARTICULUS II.

An ratio voluntarii perfectius reperiatur in actibus liberis, quam in necessariis?

AFFIRMANT Vasquez hic disputatione 23, capite 4. Salas, & Lorca, citantes Almainum, Conradum, & alios, Negant vero Cajetanus, Medina, & alii Discipuli D. Thomæ. Pro resolutione,

Notandum est, ex duplice capite posse contingere quod aliquis actus sit necessarius: primò ex imperfectione cognitionis; quo pacto modus primò primi & indeliberati in homine sunt necessarii: secundo ex summa perfectione cognitionis, quae repräsentat objectum ut in se est; & sic amor beatificus est necessarius, quia regulatur per visionem beatam, quæ tollit indifferentiam objectivam judicii, & Deum ut in se est claram voluntati repräsentat. Hoc præmisso, sit

§. I.

Vera sententia statuitur.

Dico igitur: Actus necessarios ex perfectione cognitionis, esse magis voluntarios, quam actus liberos.

Probatur primò conclusio: Deus necessario 9 seipsum amat, & liberè diligit creaturas: Sed amor quo seipsum diligit, est magis voluntarius, quam amor quo diligit creaturas: Ergo actus necessarius in Deo est magis voluntarius quam actus liber. Major pater, Minor probatur. Amor quo Deus seipsum diligit, est major in ratione amoris, quam amor quo liberè diligit creaturas: Ergo etiam est major in ratione voluntarii. Antecedens est certum: quia Deus magis amat seipsum, quam creaturas; amat enim seipsum, ut summum & infinitum bonum, creaturas vero, ut bonum aliquod limitatum & finitum. Conscientia vero probatur. Amor in ratione amoris est essentia voluntarius; cum amor inhibilius sit quam quoddam pondus & inclinatio voluntatis, juxta illud Augustini in confessionibus: *Amor meus pondus meum, amore seror quo cumque seror:* Ergo si amor quo Deus seipsum diligit, sit major in ratione amoris, amore quo diligit creaturas, erit etiam major seu perfectior in ratione voluntarii. Simile argumentum fieri potest de amore notionali, quo Spiritus sanctus producitur: absurdum enim videretur dicere, quod producio creaturatum sit magis voluntaria in Deo quam hujus divinioris spiratio.

E Respondet Valquez, amorem quo Deus seipsum diligit, & quo Spiritus sanctus producitur, excedere amorem quo diligit creaturas, non in ratione voluntarii, sed ex parte objecti: quia scilicet Deus amat seipsum ut haber omnino eadem rationem boni, creaturas vero ut bonum aliud quod finitum, particulare, & indifferens.

Sed haec responsio magis confirmat, quam infirmat rationem adducam: quia perfectio amoris sumitur ex ordine & intinseca habitudine ad objectum: Ergo quod perfectius erit tale objectum, sed perfectior erit amor in ratione amoris

sub-

DISPV TATIO PRIMA

92

subindeque in ratione voluntarii, quam essentia
liter amor includit.

11 Probatur secundò conclusio ratione fundamentali, ex propria ratione voluntarii desumpta. Cùm voluntarium sit id quod procedit à principio intrinseco cum cognitione finis, impossibile est voluntarium liberum in Deo exceedere necessarium in ratione voluntarii, nisi excedat illud in hoc quod est esse ab intrinseco cum cognitione. Sed omnino absurdum est dicere productionem creaturarum in Deo esse magis ab intrinseco, aut ex perfectiori cognitione, quām Spiritus sancti processione, qua est omnino necessaria. Ergo absurdum est dicere in Deo voluntarium liberum exceedere necessarium in ratione voluntarii.

12 Hæc rationes probant, non solum in Deo, sed etiam in natura rationali creata, actus necessarios ex perfectione cognitionis, esse magis voluntarios, quām actus liberos. Tum quia in creatura rationali libertas & necessitas sunt origina-ta & exemplata à libertate & necessitate divina; unde loquendum est de voluntario libero & necessario creaturae rationalis, sicut de actibus liberis & necessariis voluntatis divinae, servata tamen proportione: Tum etiam quia dilectionis partis est major in ratione amoris, quam amor visus; adeoque in ratione voluntarii, quæ in amore essentialiter includitur: Tua denique quia amor patris est magis ab intrinseco, quam amor visus; cùm caritas partis tunc conatus feratur in Deum, & ex perfectiori etiam cognitione procedit, cùm dimicet à visione beatifica, quæ est perfectissima cognitionis ultimi finis.

13 Respondeo Valquez ubi supra, perfectionem voluntarii non peti ex perfectione cuiuscumque cognitionis, sed solum ex perfectione illius cognitionis quæ est radix voluntarii: hæc autem (inquit) est cognitionis indifferens, seu apprehendens objectum sub indifferenti boni & mali.

Sed contra: D. Thomas hic art. 2. loquens de cognitione quæ est radix perfecti voluntarii, quam cognitionem perfectam vocat, ait illam esse, quæ non solum apprehenditur res quæ est finis, sed etiam cognoscitur ratio & proportio ejus quod ordinatur ad finem ipsum: Sed hæc cognitionis abstrahit ab indifferenti, ut patet; quia tam bene cognitionis necessaria attingit proportionem finis ad media, & mediiorum ad finem, quam cognitionis indifferens: Ergo fallitur quod cognitionis quæ est radix perfecti voluntarii, sit solum illa quæ apprehendit objectum sub indifferenti boni & mali.

15 Confirmatur: Intantum requiritur cognitionis ad voluntarium, in quantum tollit ignorantiam quæ causat involuntarium: Atquignorantia non causatur per defectum indifferentiarum, sed per defectum cognitionis: Ergo ad rationem perfectionis vel imperfectionis voluntarii, non est attendenda illo modo ratio indifferentiarum, vel determinationis ex parte intellectus, sed ratio cognitionis vel ignorantiae.

S. II.

Solvuntur objectiones.

16 **O**RIGINES primò contra istam conclusio-nem, D. Thomas hic art. 2. in corp. sic ait: Perfectam igitur cognitionem finis sequitur voluntarium secundum rationem perfectam, prout scilicet apprehensio fine aliquipotest, deliberans de fine & de his quæ sunt ad

A finem, moveri in finem vel non moveri: Sed quod est cu[m] deliberatione est liberum: Ego voluntarium perfectum, in sententia D. Thomæ, si. dem quod liberum: Ergo non repetetur in actibus necessariis.

Confirmatur primò. S. Doctor in eodem articulo in resp. ad 3. docet quod laus & virtus per se consequuntur actum voluntarium, secundum perfectam rationem voluntarii: Sed laus & virtus per se sequuntur nisi ad actus liberos, qui enim necessatio agit, vel agitur, nullam meretur laudem aut virtutem. Ergo idem quod prius.

Confitatur a...pliis: Idem ianuarius Doctor interdum afferit actus notionales in Deo non esse voluntarios, quia necessarii sunt: Ergo ratio voluntarii non repetitur in actibus necessariis.

Respondeo primum locum Divi Thomæ, quem Valquez & Lorca tanquam expellum in favorem magnificenter, varijs habet explicaciones, quas referit Ildephonse hic disputat, fragm. 3. Verior & conformior texutus est illa, que afferit S. Doctorem per hæc verba: Perfecta cognitionis finis sequitur voluntarium secundum rationem perfectam, etiam in voluntarii perfectatione voluisse expondere; hac enim a perfectam cognitionem confequitur, & per illam differt à voluntario imperfecto, quod in pueris, adolescentibus, & beatis reperiatur; in reliquis autem verbis, quando ludit: Propter scilicet apprehensionem potest quæ deliberans de fine, &c. Solum ponte exemplum quoddam voluntarii perfecti, in eo quod nobis notius est, scilicet in actu libero; ex quo non licet inferre non dati voluntarii perfecti sine libertate: sicut si quis dicat, animal distinguuntur à planta in eo quod fecerit, quemadmodum videmus homines fecisse; inde non licet colligere, quod solum homines fecerint, non vero bruta.

Ad primam confirmationem dicendum est, quod laus & virtus per se sequuntur voluntarium perfectum, sed non omne: est enim haec proprietas sicut propriam secundum modum, quod convenit soli, sed non omni.

Addo, quod licet in amore beatifico, & aliis actibus ex perfectione cognitionis necessariis, non inveniatur laus formaliter, bene tamem minenter, quia invenitur aliquid altius laude, scilicet gloria, quæ est laus in premio, & consummatio omnis laudis, sicut etiam Deus est dignus omni laude propter gloriam suam, quam tamen haber necessariò, & propter amorem quod se amat, & quod Spiritus sanctus procedit.

Ad secundam confirmationem respondeo, quod quando D. Thomas ait actus notionales in Deo non esse perfectè voluntarios, vel loquitur de generatione Filii, que non est voluntaria formaliter (cum Filius non procedat à voluntate, sed ab intellectu) sed tantum concomitant, quia Pater vult se generare, & in alijs generatione sibi consipiat, ut ipsemet sanctus Doctor explicat 1. parte quælit. 4. art. 2. Velsunt voluntarium pro liberis. In hoc enim distinguuntur generatio adoptiva à naturali, quod prima sit voluntarii seu liberi, sit enim per liberam & gratuitam gratiæ largitionem, juxta illud Jacobij primo. Voluntarii genuit nos verbo veritatis, secunda verò est naturalis & necessaria, quia sit per naturalem & necessariam divinæ substantiæ communicationem: propter quod Hilarius & ali. SS. Patres dicunt Filium non voluntare, sed natura procedere.

Obj.